



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 129. Gallorum conatus ad impediendas nuptias Maximiliani cum  
Britanniæ hærede.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. provinciam demandabat, ut in subactis  
A.C. 1491. regni Granatenfis urbibus Episcopos de-  
signaret, litesque componeret de limiti-  
bus dioœcesium, in quibus olim sedes E-  
piscopales institutæ fuerant.

## §. CXXIX.

*Gallorum conatus ad impediendas  
nuptias Maximiliani cum Britan-  
nicæ Hærede.*

*Nantler. ge-* Ergo Maximilianus Romanorum Rex  
*ner 50. vol. 2.* cum Anna Britanniæ Ducissa, quæ  
*Chron. p. 503* Sorore sua etiam fatis functa unica Pa-  
tris sui hæres vita superstes extitit, nu-  
ptias contraxit, quibus compertis Caro-  
lus VIII. Francorum Rex quantocius  
bellum restauravit, suisque copiis præce-  
pit, ut Rhedones, ad quam urbem Du-  
cissa confugerat, obsidione cingerent,  
mox tamen mandatum revocavit; forte  
enim tum Borbonii Ducissa secum animo  
constituebat, inter ipsum Regem & Bri-  
tannam Hæredem nuptias conciliare,  
hocque pacto, destinatam Maximiliano Bri-  
tanniam sūmul & Sponsam adimere, licet  
jamjam Matrimonium per Procuratorem  
rite contractum esset. Ad disturban-  
das hasce nuptias Gallos incitaverat  
summa, quam inde speraverant, utilitas;

huic

huic eorum consilio etiam opitulabatur Romanorum Regis socordia, ob quam adeo expedita videbatur propositi executio, ut Rex si ipsis Ducissæ nuptias expeteret, repulsam passurus haud timeretur, eo potissimum nomine, quod bellum finiendi medium adeo suave, tamque justum non minus Britannis quam Gallis summe exceptandum foret; unde mirabantur Galli, quod Borboniæ Ducissæ sagacitas haud citius rem tantoper proficuam excogitasset.

SACUL. XV.  
A.C. 1491.

### §. CXXX.

#### *Consilia de desponsanda Britanniae Ducissa cum Rege Fran-*

*corum.*

Nesciebantur equidem rationum mo- *Gaguyn. in*  
menta, ob quæ Borbonii Ducissa, *Carol. VIII.*  
hanc occasionem neglexerit, id tamen & *Jaligny.*  
certum est, quod nunc nil inausum in- *Polyd. Vir-*  
tentatumque esse relinquendum arbitra- *gil. l. 27.*  
ta sit, ut Romanorum Regi Sponsa sua *Duches. his.*  
Britanniæ Ducissa eriperetur; cum ve- *Angl. lib. 19.*  
ro hoc fieri posse desperaret, nisi eadem  
Carolo VIII. Galliarum Regi nuberet,  
ad id unum curas suas omnes intendit:  
utque propositum exequeretur, manda-  
ta dedit, in Britannia ab armis cessa-  
rent